

## De dignoscendis peccatis

presso sibi , & suæ familiæ magnam minatur ruinari , & potest iuuari , ei mira-  
cuando sine interesse mutuantis , sicut & in alijs , & his similia ; tunc ex precepto  
charitatis quilibet Christianus prædictis personis subuenire tenetur , etiam si  
non habeat de superfluo . Vnde Ambrofus super hoc dicit , vidisti hominem  
moriens tenui , & non succurristi , tunc occidisti . Extra tamen istos duos casus , elec-  
mosyna est de consilio , iuxta dictum Saluatoris , Date elemosynam , & haec  
omnia munda sunt vobis . Qui ergo promittit , iurat , aut quomodolibet firmi-  
ter proponit , in contemptu consilij , & moniti Dei , se non esse daturum elemo-  
synam , aut nulli mutuaturum , etiam extra prædictos casus necessitatis , peccat  
mortaliiter , quia contra charitatem facit . Dixi haec omnia nolle facere (ex  
contemptu , & contra Dei monita ) facere namque Vota , Iuramenta , & promis-  
siones , de non dando elemosynam , de non mutuando , de non vouendo , & hu-  
i si modi , sine contemptu , sed ex auaritia , ira , negligentia , seu alia causa , non est  
plus quam veniale , & postquam facta sunt , illa obseruare non tenemur , dum  
occasio benefaciendi offertur . Et quod dictum est de consilij , & monitis intel-  
ligitur quoque de mandatis superiorum , quia & si dum nobis proponuntur , ut  
moueamur per ea ad meliora bona , non obligent ad mortale , ut præcepta , quia  
non sunt de necessitate salutis , tamen ea contemnere , & vilipendere , est leta-  
lis culpa . Vel quando fit aliquid contra exhortationem superioris contemne-  
do eius auctoritatem , & consilium , multum necessarium saluti , quod ali-  
quo respectu non præcipitur . Et denique quoties fit aliquid , quod erit con-  
tra consilia , ordinationes , Mandata , Dispositiones , & leges superiorum ; que  
etiam non obligarent ad mortale , dum contrahit ex contemptu , eorum au-  
toritatem parui faciendo , erit letale crimen , nisi alia de causa , quam ex  
contemptu fieret . Ex contemptu tunc dicitur esse , quando p[ri]ncipaliter  
quis mouetur ad id faciendum ; eo quod consilium , mandatum , & ordina-  
tionem , aut auctoritatem mandantis , & ordinantis vilipendit : si autem prima-  
cipaliter ex auaritia , negligentia , ira , aut alia causa etiam iniusta moue-  
tur , non erit mortale . ait . D.Thom.secund.secund.questio.189. & Nauar.  
cap.23.num.42.

Contem-  
ptus quan-  
do dicitur .

Tertio ra-  
tione finis .

Quarto qui-  
do ponitur  
ultimo fi-  
nis .

Quinto rati-  
one qualita-  
tis personæ .

24  
Peccatum  
veniale ex  
causa pri-  
mo proper  
ignorantiam

25.  
Ignorantia  
quatuorplex  
Ego .

Tertio quando aliquid , quod de se est veniale , ordinatur ad mortale , ut collig-  
itur ex nono dicto , vt si quis profert verba iocosa , ludens cum muliere , inten-  
dens eam provocare ad fornicationem , quamvis illa verba simpliciter dicta , de-  
se essent peccatum veniale , tamen ratione finis est mortale .

Quarto , quando ponitur ultimus finis , vt colligitur , ex decimo dicto , ut pat-  
tet in illis verbis ocofosis , & multis , quibus solent vti parasiti , buffones , & his , qui  
assidue ludunt aleis ablique illo fine , & ratione , per quæ permittuntur , & hoc  
est quando aliquis ita animo affectur in illis , vt potius vellet se auferre a  
Deo , & peccare mortaliiter , quam illa omittente .

Quinto , quando ex aliquo de se veniale ratione persona gratis , oriatur scat-  
dulum aliquod , vel quando ei prohibetur . Exempli gratia Presbyterum face-  
re risum inconditum , fabulas turpes , & voluptuosam narrationem referre , aut  
larvam Doemonum ante se permittere , & similia , quia licet in se considerata sine  
venialia , ratione tamen dignitatis personæ , & scandali , quandoque sunt ca-  
mortalia .

Tertia distinctione est , quando aliquid , quod ex genere , & natura propria est  
Mortale , ex causa efficitur veniale , vt ait Dominus Tho. quod supra , & hoc accidit  
multis modis .

Primo , quando fit ex ignorantia , vt colligitur ex undecimo dicto , pro cuius  
dilucidatione , vt sciatur quæ ignorantia excusat a mortali , & quæ non , etiam  
tandem .

olimq.

Igno-